

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Monath October Anno 1645. biß in den Monath Martium Ann. 1646. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1734

VD18 90103106

N.I. Schwedische Declaration, puncto Salvorum Conductuum pro Statibus Mediatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51672](#)

1645. 10) Wider diesen Revers soll weder directe noch per indirectum gehandelt werden, die Contravenienten aber, ohne Behelf einiger Declinatorien, vor dem Kaiserlichen Cammer-Gericht zu Speyer, oder wo sonst dergleichen Gericht im Römischen Reich, mit Römischer Kaiserlicher Majestät und des Reichs Bewilligung, angerichtet und verordnet werden wird, ohnweigerlich stehen, und den Mandatis, Inhibitionibus, Decretis und Judicatis gehorsamlich nachkommen, besonders aber

1645.
Octob.

11) Ob auch gleich diese Puncta aus gewissen, den Reformirten zum besten gemeinten Ursachen, dem künftigen Friedens-Schlus nicht incorporaret werden könnten; so soll es doch nichts deßte weniger so kräftig und bündig seyn, als wäre es inter Leges Imperii Publicas referiret, und dem Cammer-Gericht insinuaret worden, darum auch die Clauses Cassatoria, die dem Friedens-Schlus eingerücket, und diesem Revers zu Nachtheil verstanden werden könnten, hierwieder weder angezogen werden, noch gelten sollen, sondern vielmehr derjenige Reformierte Stand, so wider diese Abrede handelt, soll ipso Jure & facto, Pacis Publicæ, und der Wohlthäten, deren sie durch mehrbesagten Friedens-Schlus fähig werden möchten, sich verlustig machen.

12) Die Interpretation, so einige zweifelhaftige Reden hierinnen zu finden, soll stehen bey N. N.

Salvo jure &c.

§. III.

Schöeden verweigern ihre Replie, bis der Punkt Admissio nis der Mediatis erledigt seyn wer- den. Weil die Kaiserliche Gesandten die Admision der Mediatorum ad Congres sum, nicht zugeben wollten; so suchten die Schweden die Erledigung dieses Punkts, dadurch zu befördern, daß sie ehender auf die ihnen exhibirte Kaiserliche Responsiones nicht antworten wollten, bis in die- sem Stück den Præliminarien ein Genügen geschehen wäre, zu dem Ende dieselben, nachstehende Declaration, N. I. von sich stel- leten, dem zugleich das, zu Illustrirung dieser Materie dienende Marggräflich-Culmbachische Votum, N. II. mit an- gefüget wird.

N I.

Schwedische Declaration wegen Geleit der Statuum Mediato rum. Postquam Illustrissimis Dominis Legatis Cæsar is placuerat, ad Propositionem Suecicæ Legationis hisce diebus scripto respondere: oparent Legati Suecici, nullum in Præliminaribus obicem sibi positum fuisse, quo minus & ipsi statim ad Replicam procedere possent. Quia vero principali negotii fundamenta primo Junii ea lege posita fuere, ut ante Replicam residuis Præliminarium desideris ad amusim satisficeret: id autem non modo nondum præstitum sit, sed & pluribus adauatum præjudiciis, jure meritoque jam nunc eorum omnium remedia exposunt. Nisi enim ista minora rite adimpleantur, quid factâ Pace de majorum observatione sperandum erit? Cardo autem quaestionis in eo versatur, utrum alii, quam Immediati Status Imperii, peculiaribus ad hunc Conventum Salvis Conductibus à Cæsarea Legatione sint muniendi? Id quidem Cæsarei Domini Legati ha- tenuis strenue negarunt, & adhuc in dicti sui Responsi Procerino negant; in primis ex eo fundamento, quod Cæsarea Majestas non in omnes pro Immediatis petitos Salvos Conductus quantocvus consenserit, multo minus pro Mediatis, & Non-Statibus; Deinde, quod in hosce Tractatus à principio non aliter, quam ut inter solas partes Principales ageretur, absque mentione tot Fœderatorum convenerit; Eventum insuper docere, concessionem tam profusam huic rei promovendæ minime profuisse, nec prodefse: Immo contra expressissima verba Conventionis Præliminaris & Salvorum Conductuum esse, ut pro Non-Statibus intelligentur; Publicas denique utriusque partis Confessiones ab anno 1643. ad finem fere anni 1644. extare,

Zweyter Theil.

B 2

quod

1645. quod Tractatus Præliminaris undiquaque tunc rite completus esset, nec
Octob. quidquam amplius superfuisse, nisi ut Tractatus Principalis inchoaretur;
Ac proinde se ad Salvos Conductus pro Mediatis concedendos non teneri;
Quod si tamen certus ac tolerabilis eorum numerus semel pro semper de-
signetur, idque ex sententia Statuum Imperii, citra Cæfareæ Majestatis co-
rumque præjudicium fieri posse, & ad promovendum Pacis negotium per-
tinere videatur: in se nihil desiderari pauciros.

1645.

Octob.

Ad hæc Legati Suecici respondent, ex parte quidem haud ingratam
fibi esse hanc ultimam clausulam, quod in se nihil desiderari debere profi-
teantur Domini Cæsarei Legati. Quia vero ad certum eam numerum re-
stringunt; idque non tam ex debito, quam gratia se facere innuunt, rem-
que semel manifeste decisam novis judiciis submittere velle videntur; id
autem admittere nequeunt Legati Suecici: idecirco superiores eorum ra-
tiones merito refellendas esse censem. Inprimis itaque dicunt, tantum
abesse, ut absque Federatorum mentione in hosce Tractatus conventum
fuerat, ut etiam notorium sit, quod Regna federata ab initio Præliminaris
Tractatus, constanter institerint, ut omnes, quorum interest, nemine ex-
cluso, debita securitate muniti, ad hunc Conventum admitterentur. Id enim
priorum temporum Congressibus omnissum, præcipuam fuisse causam, cur
a viginti séptem annis, Pax quidem aliquoties facta, nulla tamen stabilis
effecta sit; Exclusis à Tractatu Pacis, præsidium e novo bello semper quæ-
rentibus. Ne igitur in eundem lapidem denuo impingeretur, omnes, quo-
rum interest, necessario admittendos esse. Interest autem non tantum Im-
mediatorum, sed etiam Mediatorum Statuum, imo omnium Exercitus
membrorum, Principum, Comitum, Baronum, Nobilium, aliorumque,
ut, si id cupiant, libere admittantur. Cum enim eorum plurimi, tempo-
rum injuria graviter laesi sint, nemo absentiū interesse tam novit, aut
peregerit exacte, quam ipsimet præsentes. Ut igitur Salvis Conductibus
muniantur, jure postulat singulorum securitatis. Verum quidem est, quod
non statim consenserit in hæc postulata Cæsarea Majestas. Hæc enim po-
tissima fuit causa septennis Præparatoriorum moræ. Ad constantem tamen
Regnorum instantiam tandem consensisse, multa quidem documenta sunt:
potissimum vero & in primis clarissima verba ipsius Cæsarei Salvi Condu-
ctus, qui solus est, esseque deber, lex & norma hujus controversiæ deci-
denda; deinde, sensus ipse dictorum verborum, prout ea acceperant &
interpretati sunt cum Sueci, tum Rex Mediator, adeoque Imperator ipse.
Verba sic sonant. „Imperatorem Romanum ad instantiam Serenissima Re-
ginae Sueciae (etiam Regis Christianissimi) consensisse, ut Universi & fin-
guli Suæ Serenitatis federati STATUS ET ADHÆRENTES per Ger-
maniam, secure Osnabrugam (& Monasterium) veniant vel mittant. Qui-
bus verbis cum nulla fiat distinctio inter Mediatos & Immediatos Status,
utrique sane intelliguntur. Quodsi vero nomen, Status, ad solos Immedia-
tos restrainingatur: eo casu tam Mediati, quam Non-Status, Adhærentium no-
mine comprehenduntur. Neque enim vox, Adhærentes, ponitur hic ad-
jectiva, quemadmodum velint Domini Legati Cæsareani, ut sensus sit, Ad-
hærentes Status, seu Adherirende Stände: sed substantiva, Status & Adhæren-
tes, Stände und Adhærenten, ut omnes Adhærentes, seu (ut vulgo dici solet)
Interessentes, intelligantur. Atque hoc sensu optimi suorum verbo-
rum interpretes, qui primi Instrumentum conceperunt, non Imperiales,
sed Regnorum Ministri, ab initio hanc vocem intellexerunt, dum Status
Immediatos, quibus propriè Jus Federum competit, Federatos, ceteros
omnes, tam Mediatos, quam Non-Status, Adhærentes vocarent. Id evi-
denter ostendunt meæ, Salvii, Literæ, quibus anno 1638. die 29. Septembris
a Serenissimi Regis Daniae Cancellario Domino Reventlow petebam, ut ea
vox Adhærentes (quæ in missò ad me Gluckstadio Salvi-Conductus Instru-
mento,

1645. Octob. mento, per incuriam forte omissa erat;) Diplomati vicissim insereretur, hac addita ratione : „Siquidem alii Coronæ Adhærentes, Non - Status, tam „opus habent Salvis Conductibus, quam Status. Has literas, cum hoc sensu, Serenissimus Rex Daniæ statim sequenti die, i. Octobris suis inclusas ad Cæfaream Majestatem misit, necessarii postulati æquitatem his verbis commendans; Suam Majestatem Cæfaream expressorum illorum verborum (Adhærentes & veniant) appositione, de universo Christiano nomine optime meritaram. Juxta hoc quoque Regium Consilium & requisitionem, Serenissimus Imperator ipse Instrumentum renovatum die 17. Novembri Regi remisit: prout omnes hæ literæ inter Acta Publica extantes, formalibus id verbis ostendunt.

1645.
Octob.

Ex quibus omnibus manifestissime patet, non posse alium sensum, vocem: *Adhærentes* affingi, quam qui à Suecicis Legatis propugnatur, eamque veram esse causam, cur ab Anno 1643. Plenipotentiarii Regnum passim publice professi sunt, Præliminaria rite fuisse adimpta, quod non potuerint sibi imaginari, in re tam manifesta aliquid captiosi latuisse, usque dum circa finem anni præteriti (cum pro Argentina & Stralsundio, id desiderantibus, peculiares Salvos Conductus postularent) hæc insperata interpretatione iis objiceretur. Neque sane adhuc vident, cur hic sensus, sive Cæfareus consensus, aut concessio, tam profusa videri possint. Binæ tantum, vel ad summum tres Civitates Mediatæ, haec tenus ejusmodi Salvos Conductus petiere: non ut Cæfareæ Majestati vel suis immediate Superioribus præjudicio forent: cum Suecicis præsidii in secessa Sueciæque adhærentes, nullum jam alium immediate Superiorem agnoscant: nec, ut Sessionem & Votum in Imperii Comitiis captarent. Norunt, id sibi non competere: sed ut Interesse, Jura ac Privilegia sua eo proprius promitusque hic observarent. Plane autem comprehendere nequeunt, quod dicatur ista concessio non profusa, vel prodeesse promovenda Paci, cum sibi semper haec tenus persuaserint, absque Ordinum presentia & suffragio, non posse de jure Pacem ullam concludi: prout ipsi etiam Legati Cæfarei tam in Procemo quam Articulo V. sui Responsi aliquoties innuunt, nec esse nunc Ordinum res eo loco, verisimile est, ut Pacem magis impedire, quam promovere velint. Ut autem certo jam numero, sive hos sive illos, semel pro semper designent, ad id nullo se jure obligari putant Legati Suecici. Rarissime præjudicio vacat, res large & indefinite concessas, definiti numeri circumscriptione arctare. Quod cum ita sit, ac Cæsarea Majestas in suo, pro universis, Immediatis, Mediatis & Non-Statibus, concessio generali Salvo Conductu expresse velit jubeat, ut sive Commissarii, si ita postulatum fuerit, singulis eorum singulos ejusmodi Salvos Conductus in optima forma dent & distribuant; optima quoque ratione postulat Legatio Suecica, ne Imperatoria hæc verba sint absque effectu. Cæsarea Majestatis candor non patitur, ut sua promissa æquivocis aliisve Sophisticis interpretationibus devenerintur. Nec decet tantorum Principum Legatos, dum Principalium nostrorum bella componere satagimus, Grammaticale inter nos ipsos bellum suscitare.

Fidem publicam sibi sincere servatum iri promittentes, reciprocum se præstituros bona fide pollicentur Legati Suecici. Qua de re quam primum certius responsum ceperint, Principale Negotium sine mora aggredientur, testaturi re ipsa, quantopere veram solidamque Pacem promovere desiderent. Osnabrugio die 22. Octobr. Anno 1645.

Job. Oxenstierna, Axelsson. Job. Adler Salvius.

B 3

N. II.